mortificant et annihilant sibi et suis posteris ratione promissionem omnium perpetuum imponendo silentium.

Feria secunda post festum Sancti Thomae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono

23/XII 1669

Popielowa Winnickiemu Approbat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Oryna Radyłowska Nobilis olim Ioannis Radyłowski cum Nobili olim Theodora Janówicka Consorte eius legitima genitae filia et eorundem parentum suorum successiva legitima, Nobilis vero Pauli Popiel Consors legitima cum suo principaliter legitima eiusdem Mariti sui cum tutoris Coniugali personali assistentia et ad infrascripta recognoscenda Contenta sanamente et Corporaliter existens a Iuris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesentique Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac posteris suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa eliberando Nobilem Paulum Popiel Maritum suum ab onere stabilitationis sui Recognoscentis ad approbandam Inscriptionem donatoriam per eundem Maritum suum nomine sui Recognoscentis et per Nobilem Georgium Winnicki suo et Nobilium Constantini Iwani et Stephani Winnickich Fratrum inter se germanorum

nomine Sup Bonis Sui Recognoscentis ## haereditariis videlicet Certas sortes in Bonis Villis Radotowice et Sozanie Terra et districtu
praesenti Premisliensi iacentia et Consistentia Se Recognoscentem
Jure divino et naturali Successione post praedictos Olim Parentes
suos Concernentia in Personam Nobilis Stephani Winnicki Olim
Nobilis Theodori Winnicki Cum Nobili olim Catherina Kraj
ikowska Consorte eius Clmi procreati Filii Coram Officiis praesentibus
Feria Quarta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem
proxima Anno praesenti factam et recognitam sub tenore de
praemissis Candore eandem Inscriptionem donationem Castren Premisliensem in toto et per omnia approbat Confirmat et ratificat
Nihilominus eadem Recognoscens Nobilis Oryna Popielowa debebit et tenebitur prout se ac suos Successores in et sup Bonis
suis quibuscumque omnibus Summisque quibuscunque pecuniarum habitis et habendis praesentium Nobili Stephano Winnicki eiusque posteris inscribit
et obligat praesentibus Amicos binos de Linea Paterna et Materna Nobiles proximiores ad Consentiendum per ipsos super Inscriptionem praesentem Approbationem ad Acta quaevis Authentica Regni iuris perpetuitatis in se habentia intra decursum
Sex Septimanarum adducere et praesentes statuere. ab eidemque
Amicis ut praemissa debite exequantur efficere idque sub damnis
Terrestribus simpliciter absque Corporali Juramento taxandis et
edicendis per eandem Recognoscentem Nobilem Popielowa sive
eius posteros ob non statutionem praesentem Amicorum suorum
proximiorum ad exequendum praemissa pro tempore et Loco supra
expressis ad solvendum succumbendi Pro quibus quidem damnis
Terrestribus simpliciter absque Corporali Juramento taxandis et
edicendis modo praemisso ad solvendum succubuit, Citatur
\# et eundem Nobilem Winnickich minorennium.

1376

existens renovata Recognoscens Ablis Orysia Popielowa Cum Sui Posteris ad Instantiam Supradicti Ablis Stephani Winnicki sive eius Posterorum ad Officium praes. Castrense Capitaneale Premisliense extunc Recessu Sigillato quoad Respondendum Spectat mediante Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere Respondere Damna Stata Termini Simpliciter taxata luere Inscriptioni huic Satisfacere ac omnia Iudicata rata pati debebit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Pendentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causa eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minoreve nitatur Successionum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimentum ad Quietorem vel aliis quibusvis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitaneali Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasq. Motiones Appellationes ac causa Prosequutiones faciendo ac praemissa omnia ponis Simplicibus vel triplicatis Quaestionibus Suspensionibus Fatalibus Iuris Praescriptione Terrestri Bello Conventioneq. ac aliis omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Statuit Suo praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Winnicki Winnickiego Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Ablis Stanislaus